



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Liber Primvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

DE  
CONTEMPLATIONE  
DIVINA  
LIBER PRIMVS.

*Denatura, divisione, effectibus & proprietatibus supernaturalis  
Contemplationis.*

PROLOGUS



VOD in rerum aliarum difficultum naturis explicandis non raro usu venire solet, ut rei ipsius sublimitas quandoque varietatem opinionum inducat & dissensionem; idem planè in contemplationis essentia, ac proprietatibus declarandis, factum com perimus: illius quippe & acceptio multiplex est, & non una à sanctis Patribus ejusdem inventur tradita definitio. Quod non paucis etiam perspicacioribus Myticis, qui & scholasti cis hallucinandi occasionem præbuisse cognoscimus. Quo factum, ut apud scriptores aptam contemplationis definitionem, sive descriptionem invenire vix queas: dum passim duo illa contemplationum genera, proprietates, qualitates, ceteraque circumstantias, acquisitæ scilicet & infusæ, videmus confundi. Quare cùm ea contemplatio, quæ à spiritu sancto supernaturæ liter nobis infunditur, ab illa, quæ labore industriaque nostra (non tamen sine divina gratia) comparatur, distet plurimum longè aliter quoque definienda est, quam acquisita illa vulgò soleat definiri: unica enim definitione explicari facile nequeunt, quæ ab invicem & essentia, & proprietatibus, & effectibus longissimè discrepant. Vnde iij, qui definitione una, duo hæc contemplationum genera comprehendere voluerunt, non modicas oculis legentium tenebras ossuderunt, dum ea, quæ contemplationi infusa propria sunt, acquisitæ tribuerunt; & quæ Patres de eminenti ac supernaturali contemplatione docuerunt, indiscriminatim aliis inferioribus contemplationum speciebus adscribunt. Vt ergo contemplationis utriusque naturam ac proprietates investigare possimus, primum de contemplatione ipsa in genere, deinde speciatim (sed breviter) de acquisita, tandem vero de infusa (quæ nostræ hujus tractationis præcipuus scopus est) ac de earum etiam contemplationum distinctione, objecto, fine, & effectibus, nec non de mediis ad supernaturalem contemplationem perveniendi, paucis uberioribus, auxiliante Domino, dissemus.

Legendi  
de hoc  
Ven. P.  
Ioan. à  
Iesu Ma-  
ria cap. 3  
s. 2 Theo-  
logie my-  
stice. Phi-  
lipp. ASS.  
Trinitate  
Tract. 3.  
Summa  
Theolog.  
myst. dis-  
curſu 1.  
art. 1. &  
Directo-  
riuum my-  
sticum  
Antonii  
à Spiritu  
sancto,  
Tract. 2.  
s. 2.

*Thom. à Iesu Oper. Tom. II.*

H CAPVT

## CAPUT I

*Quid sit Contemplatio.*

**C**ONTEMPLATIO igitur latissimè accepta, Certe De Thom. 2. z. q. 2. 180. art. 1. & 3. est divine veritatis simplex intuitus. Cui sententia subscrive videtur sanctus Bernard. lib. 2. De consid. cap. 2. *Contemplatio*, inquit, est verus, certus, intuitus animi de quacumque re sive apprehensione non dubia. & S. Augustinus lib. de spiritu & anima, cap. 32. *Contemplatio*, ait, est perficita veritatis iucunda admiratio. Ut autem horum aliorumque Patrum variis de contemplatione dicendi modis clarius innoteat, propositam S. Thomas definitionem explicemus. Dicitur in primis contemplatio simplex veritatis intuitus, ut eam cogitatione & meditatione discernamus. Hanc trium intellectus nostri operationum discrimen erudi et annotavit venerabilis Richardus de S.

Quomo Victor. lib. 1. de contempl. cap. 3. Ut autem, in modo inter quis, ea, quae de contemplatione dicenda sunt, possumus se diffe commodius capere, rectiusq. dividere, debemus prius ratiōne, quaremodo differt a cogitatione, vel meditatione & delectatione. Sciamus itaque, quod unam eamdem, materialiter alter per cogitationem intuemur, alter per meditationem rimamur, atque alter per contemplationem miramur. Multumq. servitie hac tria in modo differunt, quamvis quandoq. in materia convenienter. De una siquidem eadem, materia alter cogitatio, alter meditatio, longeq. alter agit contemplatio. Cogitatio per devia quaque leno pede sine respectu perventionis, passim hoc illud vagatur. Meditatio per ardus sepe & aspira ad directionem suam cum magna animi industria nittitur. Contemplatio liberò volatu, quacumque eam fieri impetus, mira agitata circumseratur. Cogitatio scripta, meditatio incedit, & ut multum currat; contemplatio autem omnia circumvolat, & cum voluerit, se insinuare libet. Cogitatio est sine labore & fructu: in meditatione est labor cum fructu: contemplatio permanet sine labore cum fructu. In cogitatione evagatio, in meditatione investigatio, in contemplatione admiratio. Ex imaginatione cogitatio, ex ratione meditatio, ex intelligentia contemplatio. Et licet sepe circa eandem rem aliis per cogitationem, aliis per meditationem, aliis per contemplationem vehementer occupatus. Cogitatio vero est improvidus animi respectu ad evagationem pronus. Hoc ille. Postea vel. odocei, omne esse his tribus, quod sint animi affectus, sive intuitus aliquius rei.

Differunt præterea meditatio & contemplatio, quia illa querit non sine labore veritatem, contemplatio inventam penetrat ac degustat. Illa attingit solum veritatem, hæc in veritatem oculorum obitutus sincerè defigit. Meditatio ad veritatis janus devenire solet, contemplatio vero ad interiora ingreditur. Contemplatio deinde absoluè confiderata, dicitur simplex animi intuitus, ut comprehendat omnigenus contemplationis, sive acquisita, sive infusa: sive Christianorum, qui divina hoc fine contemplantur, ut magis eorum amore mardescant, sive Philosophorum, qui ob veritatem nudè tantum indagandam loeculantur. Nam & scimus, plures olim fuisse Gentium Philosophos, Sapientumno-

men cum fasti sibi arrogantes, quorum studium non ad DEI gloriam & amorem, sed potius ad sui ipsorum vel ostentationem vel utilitatem dirigebatur. Qui non sapientes, sed insipientes, ac delusores jure confundi sunt: quia cum DEUM omnium rerum auctorem cognovissent, non sicut DEUM glorificaverunt, sed evanescerunt cogitationibus suis, & defecerunt facta auctoritas sermatio, quod non posuerint invente hoc opus, quod operatus est DEUS ab initio, revelatio per Spiritum suum, quibus volunt, quando volunt, & quantum de his fore oportet, ecce vere stolidi facti sunt Principes Taneos, quia statim feci DEUS sapientiam hujus mundi.

Relatio igitur hoc vano & infido contemplationis genere, de illo quod Christianorum proprium est, quodque Fides fundat, Speculum, Charitas perficit, deinceps agemus. Hec enim (quam Christianam contemplationem appellamus) mulierum sane differt ab illa Philosophorum. Primum, Quia hi, non ut recte prædicta operantur, sed ut sciens dumtaxat contemplantur: quare vana potius eorum speculator, quam vera prædicta. Secundum, At vero illa Christianorum non solùm ad divinorum cognitionem, sed & ad virtutum universarum functiones ab his assumitur. Philosophica illi omnino speculativa est, hæc vero divina utramque, & theorismus feliciter & proxim. complectitur. Secundum, Contemplatio Philosophica materia est universalior, sicut enim inq. alibi materia quare Philosophianon immerito contemplativa scientia nunc spatur. Christiana vero theoria DEI UIM præcipue ut objectum suum intueri; deinde ad eis opera atque effectus considerando secundarij quasi descendit, ut infra sunt. Tertijs, Contemplatio Christiana aetissima Fidei cognitionem supponit, in ea que tamquam solidissima petra fundatur. Spem eam comprehendet, ut Charitatem, ut sui principium, finemq. et agnoscat: incipit enim a vero paroq. divina bonitatis amore, iterumq. ad illum augendum consummandamq. et terminatur, ut egregie docuit S. Thomas 2. z. q. 180. art. 7. Vnde, inquit, contemplativa proprie consit in contemplatione DEI, ad quam mox ebaratur. Et: licet essentia liter consit in intellectu, principium tamen habet in affectu, in quantum aliquis ex charitate ad DEI contemplationem excitatur.

Hic etiam consonat sententia Albertus Magnus, quilibet, adhucero Dio ita scribit. Amadverendum est etiam in hoc differentiam existere contemplationem Catholicorum fideliū, & Philosophorum gentilium: quia contemplatio Philosophorum est proper perfectionem contemplantis. Sicutq. sicut in intellectu, & ita finis eorum in hoc est cognitio intellectus: sed contemplatio Sacerdotum, que est Catholicorum, est proper amorem ipsius scilicet contemplati Dei, idcirco non sicut in fine ultimo in intellectu per cognitionem, sed transit ad affectum per amorem. Vnde Sancti in contemplatione sua habent amorem DEI tamquam principaliter intentum: quia scilicet etiam Dominum IESU Christum cognoscere, & benevolentia spiritualiter per gratiam, quam sine gratia corporaliter, vel etiam essentialiter.

## CAPUT II.

*Contemplatio duplex, altera acquisita, altera à Deo infusa.*

**D**ea tantum contemplatione loquimur, quae propria est Christianorum, ac Fidei principiis,

ponit, quæ quantum ad præsens attinet propositum, in duas species congrue dividitur: altera contemplatio acquisita, altera quæ insuffia jure nuncupatur. Sicut enim virtus genit quoddam est ad virtutem infusam, quam DEUS (Augustino teste, quæ sequitur S. Thomas 1. 2. q. 54. art. 4. & 6.) in nobis sine nobis operauit; & acquisitam, quam nos propria industria, non tam sine divino auxilio, comparare possumus: ita & contemplatio Christiana, quæ Fidem & Charitatem presupponit, non immensum in acquisitam & infusam distribuitur. Acquisitam eam nuncupamus, quam industria & exercitatione propria, non tamen sine divina cooperatione & gratia, acquirimus: Infusam vero, quæ ex sola gratia sive inspiratione divina promanat.

Sed si divisionem hanc alius consideremus, ex sublimiori principio, scilicet quantum ad operandi modum, deponenda videatur hec contemplationis distinctio: pro qua illud est præmitendum, modum operandi virrum etiam infusatum, esse diversum ab operandi modo donorum Spiritus sancti: virtutes enim etiam infuse humano modo operantur, dona vero supra modum humanum, ut luculenter docet D. Thom. 2. Sent. distin. 34. quæf. 1. art. 2. dicens: In his autem, quæ super rationem sunt, perficit Fides, quæ est inspectio divinorum in speculo & in enigmate: connaturalis enim modus est natura humana, ut DEUS non nisi per speculum creaturarum, & per enigmata similitudinem percipiat. Quid autem spiritualia, quæ nulla veritate capiantur, supra humanum modum est, & hoc facit donum intellectus. Hæc ille.

**Confundendus**  
noscit.  
ut infra ann.  
Christianiana aluminis  
et ea que tamen paup.  
rem etiam conser.  
sui principium  
sunt a vero posse  
que ad illumina.  
mentum. 1. 2.  
180. art. 7. Psal.  
lit in contempla.  
tione. Et: Læ.  
principiantur  
ex charitate  
Albertus Mag.  
a scribit. in  
enianum spiritu  
um, & Nol.  
tatio Philosophi.  
lantis, & id  
hoc est cognit.  
que est Catheri.  
cas contempla.  
intellectu per  
per auctor.  
ab autem  
qua fiducia gl.  
noscere, & no.  
gratia corpora.  
ifita, alte.  
cimur, que  
emplo ap.  
ponit.

Quæ quidem doctrina passim ab eodem divino Doctor edocetur: ex qua facile constat, aliam esse contemplationem, quam Spiritus sanctus divino & supernaturali modo in nobis operatur, aliquo à S. Catharina inquam ex septem donis, vel gratia aliqua gratis data proficiens: operatio enim Spiritus sancti, Operi I. quæ mediis donis contingit, ita est divina & supernaturalis in humana ratio, etiam gratia & charactero scripto pertinente, per tingere non valeat: aliam, quæ splendor humano modo, id est, per discursum rationis, euangelis de cooperante gratia, alii: quæ virtutibus supernaturis talibus procedit, quæ etiam in suo sensu supernaturale est. Et: Vnde sapientia merito possit appellari. Sed quia ratio humiliata da manu, etiam virtutibus Theologicis informata, Gloriosa humano modo moveatur, nempe per discursum, ac Gerarchi propria industria innixa, quamvis omnino supernaturaliter d' naturaliter, & in ordinem ad finem supernaturalem aquila, etem moveatur; tamen quantum ad nostrum aterea di times propositum, non dicitur contemplatio supernaturalis & infusa; quia ut apie docuit D. præl. cap. Tho. art. 2. ut supra, non sufficit ipsa motio ratiocinatio, virtutibus infusi adhuc adjuta, ad hoc ut surreire, & per modum humanum, & divino modo quis ad mystico divinorum affugac intuitionem, nisi delupe radiante, calius animæ infundat, Deo supernaturalest mente tangente, illustrante, ac ungente. In qua contemplatione mens humana se habet Angelico modo, veritatem conspiciens simplici apprehensione & intuitu, & califormi conpectu, sine rationis discursu. Cum enim ipsa cætrix Sapientia (cujus potestas est infinita) veritatem doceat, nullæ est in addiscendo mora, nec opus est rationis discursu.

Hæc vero contemplationum genera exemplo navis apie posse explicari. Aliquando enim propria industria & labore, apprehensis remis; aliquando expansis velis, flatus ventis, sine ullo nostro labore prosperè navigamus; aliquando tamen & remis & velis mutuò se adiuvantibus maria sulcamus. Prima contemplatio nostra nostro exercitio & industria innititur, non tamen sine divina cooperazione; secunda

Tres con templationem contigere docuit. Primus surgit ex industria humana, quod ait contingere rationis modi raduntur à Richar-

do. Tres con templationem contigere docuit. Primus surgit ex industria humana, quod ait contingere rationis modi raduntur à Richar-

Duo à usum & discursum, & hec contemplatio rationalis Dionysius acquisita dicitur, cuius complementum, deo Cat- cor, & forma debet esse dilectio DEI: unde debet habere secum conjunctos divinae charitatis actos tam internos, quæ externos, quales sunt de DEI bonitate, ceterisque ejus perfectionibus gaudere, ad DEUM fervide affici, ex ejus amore de peccatis compungi, orare pro exirpatione vitiorum, in quantum sunt impedimenta contemplationis, & pro gratia acquirendi contemplationem, Passio- nem Christi affectuose & compassivè recordari. Praeclarissimum insuper contemplativae hujus vi- tæ opus est hymnis, psalmis, seu laudibus Cœatri- ti pura mente insistere: hoc enim demones fugat, desideratam gratiam affluerter mereunt, & vita cælestis præludium est.

Alius modus contemplandi est supernaturalis & mysticus, quæ Spiritu sancto delupe radiante, calius animæ infundat, Deo supernaturalest mente tangente, illustrante, ac ungente. In qua contemplatione mens humana se habet Angelico modo, veritatem conspiciens simplici apprehensione & intuitu, & califormi conpectu, sine rationis discursu. Cum enim ipsa cætrix Sapientia (cujus potestas est infinita) veritatem doceat, nullæ est in addiscendo mora, nec opus est rationis discursu.

Hæc vero contemplationum genera exemplo navis apie posse explicari. Aliquando enim propria industria & labore, apprehensis remis; aliquando expansis velis, flatus ventis, sine ullo nostro labore prosperè navigamus; aliquando tamen & remis & velis mutuò se adiuvantibus maria sulcamus. Prima contemplatio tota nostro exercitio & industria innititur, non tamen sine divina cooperazione; secunda

quasi tota divina gratia, non tamen sine nostra operatione & conuersu, adscribitur: tertia deniq; ex utraque confurgit. Prima congruè contemplatio aquista dicitur; secunda pure infusa nuncupatur; tertia vero mixta ex utraque videatur, potest tamen ad infusam reduci. Primam mentis dilatatione, secundam mentis alienatione, tertiam vero mentis intlevatione coningere, Richardus latissimè declaravit, ut supr.

Nullam præterea esse contemplationem nostram industria acquisitam, qua non etiam divino & supernaturali modo possit contingere, & è contra, eruditè docuit Richard s lib. 4. de contempl. cap. 22. his ve: b's: *Quid autem haec omnia contemplationum genera? distribuit enim Richardus in sex gradus, omnes contemplationis tam acquisitæ quam infusæ species?* possint per eisdem cerni, mythico Moysi exemplo tenenus: quod vero sine illo mentis excessu possit in contemplationem adduci, ex typico illo Beseele opere habemus. Vt enim Moyses Arcanum & utrumque Cherubim ex divina revelatione videre potuisset, montem ascendit, nebulam subintravit: ut autem Beseele mysticum illud opus operaretur & intueretur, nec montem nec nebulam quæsiisse vel subesse legitur. Quia est autem montem subire, nisi secundum Propheticam sententiam ad eorū altum ascendere? Eiusmodi vero montem nubes rume tegit, quando exteriorum omnium memoria menti excedit. In hoc monte Moyses sex dies moratur, & in septimo de meo nubis ad Domini colloquium vocatur. Sex diebus (ut notum est) opera nostra peragimus, & in septimo requiescimus. Quasi sex ergo dies transfigimus in hoc monte, quando cum multo labore magnas, animi industrias in eis modi sublimitatis statu afflueamus diuinis permanere. Tunc autem quasi ad septimum diem venitur, quando tantam mentis sublevatio menti in oblectamentum verritur, & sine illo labore subiur.

Et paulò infra iù: Hoc est quod superius jam dixi, quia ad quolibet contemplationum genu pertinencia possunt Domini revelante per mentis excessum videri. Sed ex Beseele opere nihilominus potest perspendi, quia qualibet horum absque illo mentis excessu possunt & solent in contemplationem adduci. Quid enī, queso, est Arcanum fabricare, aut vestire, coronaque cingere, Propitiatorio regere, Cherubim adjungere, nisi gradatim quidem in dicta contemplationum genera artem comparare, & multostudio atque labore alia post alia addiscere, & in usum adducere, & tandem aliquando opus consummare, & ad ultimum in omnibus perfectum esse? Sed ut de Arcata eam, quid vel de ipsis Cherubim dicam? Numquid ut eos formaret, vel formatu videret, legitur vel montem ascendiisse, vel nubem intrasse? Vnde & manifeste datar intelligi, quia illa novissima duo contemplationum genera, quibus quasi proprium esse videtur per mentis excessum exerceri, solent tamen quandoque infra humanae comprehensibilitatis metas cobibiri. Omnis contemplationum genera possunt modo utroque fieri: & modo per mentis excessum, modo sine aliquo mentis excessu solent exerceri, hæc Richardus. De ursaque igitur contemplationis specie aspirante DEO disseremus, præcipue tamen de ea, que supernaturalis est & infusa, sermonem inserviemus, de acquista vero breviter, de qua plenissimè hujus temporis Auctores scripserunt.

### C A P V T III.

*Contemplatio aquista quid sit, & quid à meditazione oriatur.*

**E**ST autem, ut à definitione exordiamur, acquisita contemplatio, summa Deitatis arque

effectum ejus affectuosa & sincera cognitio, nostra industria comparata. Breuite definitionem apemam. *Videlicet* circa summe Deitatis cognitionem acquisita & Christiana contemplatio possimum myth. veritas, secunda: id ve: o circa creatura omnis, proposita, vel ad ipsius perfectiones increas tamquam in speculo fulgentes assurgimus contemplandas: unde quid, quid in creaturis contemplatio intueretur, ad Omnipotens noriam, amorem gloriam, & honorum rem refertur, qui fabricam Unversi idem coram unius pulchritudine tamque sapienter decorari atque diluxit, tanta creaturarum magnitudine, multitudine, rati, & virtute mirificè complevit, u DEI n ei bonitas, sapientia, & potestas mirabiliter plena, honorantur, laudentur, formidantur, ac diligantur, ut inferius pleniū ostendemus.

Dicitur præterea affectuosa, quia contemplatio Christiana caudam haberet in voluntate, nimis amorem DEI, quo ad contemplandum Dei essentiam & bonitatem, ceteraque attributa accedimur: & quamvis essentia contemplationis ab intellectu tanquam à proprio fonte dimittitur, tamen effectum in voluntate reponit amorem, idelicet Deitatis; quia quod DEUM perfectius cognoscimus, perfectius etiam amamus. Unde, Thomas 2. quæst. 180. art. 1. & 7. docuit, contemplationem perfectam (id est Christianam) procedere ex charitate ipsius Dei; & eadem art. 7. illius quæst. fortior etiam pro effectu censet perfectiorē amorem qui ad illam suppontatur affectuque illud Gregorii Homil. 14. in Ezechiel dicens, quid cum quis ipsum quem amat viderit, in amorem ipsius amplius ignescit.

Hæc igitur omnia quæ de contemplatione diximus, convenire etiam possunt contemplationi infusæ, ut inferius dicemus: nec enim in hoc ultra est inter haec species discriminis ratio; in eo vero quamplurimum distat, quod acquisita contemplatio nostro labore & industria comparatur, infusa vero à DEO sine labore nobis liberalissime infunditur. Quare contul: o in definitione additur, nostra industria comparata: nam si contemplationis acquisitione naturam consideres, facile invenies, contemplationis initium esse labore sine industriam: est enim meditatio contemplationis parent, eamque ordinatè genera, & in honestam tamquam in terminum proprium intendit. Docui hoc olim Bal'ius Homil. 3. in verba illa Moysis, Attende tibi; ubi exactam sui ipsius meditationem, Dei eximiā contemplationem generare ait.

De eadem re egregiè D. Bonaventura, secundus Richardum à S. Victore, de itineribus aeternitatis, itin. 3. d. 1. P. l. anum est, inquit, quod spiritus humanus per ipsam meditationem in aeternis non figuratur, nec quietatur, donec per contemplationem ei ostendatur, quod per meditationem queratur. Sed quoniam citio quicquam inventur, & spiritus illi quasi acquirendendo cum admiratione inharet corporis, tamen in meditatio esse definit, & in contemplationem transiit, ait Richardus. Per meditationem veritatem diu quiescit, tandemque inventam mens solet cum ardore suscipere, mirari cum exultatione, ejusdem quoque admirationi diutius inherere. Et hoc est iam meditatione meditando excedere, & per meditationem in contemplationem transire.

Idem quoque Richard, de preparat. ad contempl. cap. ult. Tories ergo Ioseph, inquit, super collationem Benjamin ruit, quoties meditatione in contemplationem definit; tunc Benjamin fratrem suum super se ruerem excepit, quando ad studium meditationis ini-

*mus in contemplationem affurgit. sic ille. Quare D. Thomas 2. q. 180. art. 3. & 6. meum censet contemplationem esse actum simplicem sine discursu, supponere tamen discursum sive meditationem. loquitur de acquireta contemplatione per discursum comparata: humana enim mens nisi divinitus adjuvatur, non attingit cognitionem veritatis, nisi per discursum prius mcedat.*

*Actus igitur contemplationis acquisitio & Christiana, ut in plurimum & tactus elici us vel à virtute fidei, vel deducatur ex principiis Fidei. Transf. inquit S. Augustinus lib. Meditationum cap. 27. & transcendat omne quod creatum est curat, & ascendat velociter, & perveniat, & in eum qui creavit omnia, quantum potest, oculos fidei dirigat. Hoc Aug. istius. Sapientiam contemplatio non versatur immediatè circa fidem veritatem inferentiam, sed post ius ex revelatione de luctam, & tunc dicitur. Sensus Theologicus; qui quia in isto si defide, habet tamen in te certitudine non parvam.*

*Illiud quo anima dixerit opus sit, quod quemadmodum meditatio transiit in contemplationem, ita cum conuenientia frequenter exercetur, transiit in habitualem & propria divinorum inspectionem, sole que non raro mens contemplationis alluctata divinis inspirationibus illustrari, ac in insulam & supernaturalem converti. Quomodo vero contemplatio acquisita & supernaturalis se invicem differant, inferioris, DEO dante, dicemus.*

*Contemplatio haec, quam acquisitam vocamus, continuis meditationibus acquisitiur, ac eisdem conservatur factus, & quemadmodum nullus est iam sine miraculo potest perfectam contemplationem sine meditationis exercitio comparare, (Geron. teste Tom. 3. Tractat. de medit. confid. 7.) ita nec illam sine meditatione contemnere. Et hinc acquisitur & meditatio sit validè laboriosa & difficultis, acquisitio vero semel contemplacionis habitu, tunc facilis redditur contemplatio, ut idem Auctor. 3. Tom. Tract. de mystic. Theol. confid. 24. scribit. dicens: Contemplatio facilitatem habet, tum ex habitatione per meditationem acquisitum sum propter abstractionem, separationem intelligentie, & sensibilium; tum sapientia propter divinam gratiam collusione in divina spectacula sublevans. Meditatio nimurum si debet fieri, erit in contemplationem, sicut cogitatio in meditationem. Facta enim sedula inquisitione veritatis, denudatis in super verbenerum studiis rerum quidlibetibus ab accidentiis circumstantiis, generatur habitus ex frequentatione, depuratur lumen intelligentie, scilicet lucidius quanto est tenebrositati sensus cogitationis impermixta.*

*Deinde Geron. ex men. D. Augustini de Trium, docet, contemplatione esse similem homini in excelsum monte cacumine residenti, quod nec nubes, nec venti attingunt, id est ibi liberius oculos poterit circumagere, & ad letem solis iubar extender, ob celum puritatem, & tranquillitatem regionis; ita quidam menti licetum est in arce intelligentia sine delapsa ad inferiora morari, libero intuitu posse etiam divinas perfectiones contemplari. Præterea hic ille, qui in excelso monte cacumine residet, non solum superiori, sed etiam quae subiaceant, libenter inveniatur, & afixa mente acie contemplans, liberior & purius perspicit, quæ aguntur in potentius sensitivis, & inquisitionibus rationis, quam qui cogitans fideliter & meditans: hi enim phantasmatum turbulenti patiuntur, à quibus ille liber existit. Ex his patet, nihil esse dulcis occulto contemplationis, ejus tamen acquisitionem constat esse difficillimam.*

*Thom. à Iesu Opus. Tom. II.*

*Demum infrauctualem eam meditationem de. Quidam facili est extimare, que in contemplationem, mediaque illius est finis, non transit: erit enim tunc secundum frustum via fine termino, navigatio sine portu, corpus sine anima. Quare qui desiderio contemplationis flagratur, plus & continuus infusa meditationibus, quibus mediis ad contemplationis momentum facile perveniat.*

*De contemplationis acquisitio subiecto, causis, effectibus, aliisque circumstantiis in fine huius Libri dissimus, scilicet enim utilique contemplationis, infusa & acquisita, in his & multis aliis casis est ratio.*

#### CAPVT IV.

*Quid Contemplatio infusa & supernatura-  
lis sit, fusus explicatur.*

*SANCTVS Bonaventura Itiner. 3. aeternit. diff. Vid. nost. 2. contemplationem supernaturalem in hunc modum describit: Contemplatio est actus intellectus non impediti, gratia sanctorum, in aeterna spectacula directi, cum admiratione suscepisti. hæc uite. Quæ definitio, ut ipse tacet in idem, contemplationem secundum possimum eius statum, hoc est, supernaturalem & perfectam, comprehendit. Bernardus lib. de scola claustr. contemplationem in fulam videtur describere, dum ait: Contemplatio est mentis in DEV. M. suspensa elevatio, aeterna dulcedens gaudia degustans. Richardus de S. Vict. lib. 1. de contemplat. c. 8. contemplatio in hac verba definitio: Contemplatio est liber a mens perspicacia, in sapientia spectacula cum admiratione suspensa. Hanc ve. o Ruchas de descriptione S. Bonaventura ubi super apud 2. lausissime explicat. Illud vero clare ex hac definitione constat, in ea contemplationem supernaturalem, prout est actus doni sapientiae, describi, ut constat ex illis verbis, in sapientia spe-  
ctacula.*

*Hæc sunt & alia quæ tam Patres, quam Autobiographi aliis de contemplatione docuerunt: nos vero universaliorem & clariori definitionem supernaturalis contemplationis inquiremus, ita existimavimus describendam: Contemplatio est Deitatis summa, vel eius effectuum prompta, perspicax, sive clara cognitio, ab intellectus, vel à sapientia dono procedens. Hæc autem contemplationis infusa definitionis latissime patet, omnique supernaturalis contemplationis genos subse comprehendit, tam perfectum quam imperfectum gradum.*

*Sed ut hæc definitio pleniè perspiciat, singulas partes exolicare decrevimus. Id vero ut convenienter prosequamur, breviter doni sapientiae & intellectus discimen prænoscere oportebit. Expliquimus in libro de oratione supernaturali, donorum spiritus sancti operationes, earum inter se distinctionem & proprietates; nunc fisius aliquantulum doni intellectus & sapientiae divinas operationes attingemus: pender enim ex hoc supernaturalis contemplationis exacta ac perfecta cognitio.*

*In primis intellectus & sapientia dona directe Vid. Tract. pertinendi ad vitam contemplativam: nam a DEO datus. 3. donum intellectus id est infunditur intellectui humano, ut per illud mysteria Fidei subtilius apprehendatur, & in eorum interiora penetret. Differentia rectorum autem intellectus & sapientia, ut egregie adnotavit D. Bonaventura Tom. 1. de don. Spiritus sancti. Ante dis-  
cap. 5. quia intellectus est cognitio speculativa, & ritu S. &*

*H 3 quafi*

2. *far.* *summæ*  
*Theol.* *superior est sapientia, quia intellectus tantum di-*  
*mystic.* *cit cognitionem, vel visionem; sapientia supra co-*  
*const.* *nitionem dicit delectationē. Et infra additum:* *sum-*  
*lippo* *mam huius differētia est, quod donū intellectus est propriē-*  
*Tract.* *penetratīvū, sed donū sapientia est propriē saporatīvū.*

3. *Disc.* *Deinde in electus donum, non solum divina*

*attributa (qua sub sensibilibus creaturæ cortice stul-*  
*torum oculis absconduntur) sed etiam, qua sub*  
*Scriptura, mysterio um Fidei, ac Verbi incarnati*  
*velamine latent, mita per se, iacitate intuerit. Imo*  
*DEUM ipsum in se ipso, hoc lumine in electus*  
*defecta & mentes, quantum in hac mortalī vita*  
*permittitur, contemplantur ac vident, iuxta illud*  
*Martinī si Beati mundo corde, quoniam ipsi DEVM*  
*videbunt. Ac denum nihil est eorum, que supra,*  
*que intra, ac que infra nos sunt, que intellectus*  
*noster illustrat hoc Spiritus sancti dono non*  
*penetret, ac ad contemplationem deducat, ut se-*  
*quent Libro ex D. Thoma & aliis discimus.*

Unde objectum hujus nobilissimi doni in el-  
lectus est quocumque ens, sive creatum, sive in-  
creatuum, quatenus in ipso vel per ipsum DEUM,  
vel que DEI sunt, lumen supernaturale acumine-  
re possimus intueri. Sapientia vero principale &  
primarium objectum, recte D. Bonaventura Itiner.  
3. atern. dicit. 2. est ipse DEVS, sub ratione qua  
verum, excitativum tamen voluntati ad eum saporatī-  
fam delectationem. Et ideo altius sapientia est contemplati-  
vi DEVM non quocumque modo, sed cum dilectione,  
& cum quadam suavitate experimentali in affectu.  
Hac ille.

Constat igitur ex his Primo, contemplationem  
supernaturalem non tantum ad donum sapientiae,  
sed ad intellectus donum pertinere. Secundo, da-  
ti postea aliquando supernaturalem contemplatio-  
nem, ab intellectus dono promanantem, que sa-  
pientia illa sapientiae delectatione caret: sunt enim  
operationes istorum donorum distinctae ac sepa-  
ratae, & id est operaciones, que ad intellectus do-  
num pertinent, coningere possunt absque sapientiae  
doni infra; sapientiae vero ratio sine prævia  
doni intellectus manuductio inveniri queat:  
habent enim se velut includens & inclusim, nam  
quid aliud est sapientiae donum, quam illa clara &  
affectuosa DEI cognitio, divino illo sapore & ex-  
perimentali gustu conspersa?

Quare minus aperte, iam antiqui, quam recentiores Scriptores contemplationis supernaturalis  
intuitum sapientiae dono adsciperunt, nisi eorum  
mentem eam fuisse interpretemur, contemplatio-  
nem supernaturalem non absolute & in genere  
definiunt, & voluisse, sed tantum secundum ejus praes-  
tatis isti numeri & perfectissimum gradum. In quo  
sensu D. Bonaventura ubi supra dicit. 2. in princ. Ri-  
chardi definitionem est interpretatus: est enim  
contemplatio, que ex sapientiae dono secundum  
supremum eiusgradum dimittat, inter omnes no-  
bilissimam: nam in hoc dono, sicut & in aliis, sunt  
tres gradus, infimus, medius, & supremus; quibus  
major aut minor contemplationis nobilitas ac ex-  
cellentia respondet, ut si DEUS dederit, sequenti  
Libro exponemus.

Congruerit igitur in definitione contemplationis  
eam, vel ab intellectus, vel ab sapientiae dono, ut in  
plurimum proficiere adest animus, ut illa disjun-  
ctione omne supernaturalis contemplationis ge-  
nus comprehendetur: prætermittimus tamen  
scientia donum, quia hoc ad proximū potius,  
quam ad theoriā dirigit.

Confulto præterea illam ab aliis Auctoribus

particulam, cum admirazione suspenſa, adduci soli-  
tam prætermittimus: quia quamvis frequenter co-  
templationem admiratio fecerit, maxime cum  
in spectacula æterna per affirmavimus DEI cogni-  
tionem assurgimus; ea ramente complano,  
qua per negationem DEUM agnoscit, quæ sine  
phantasmate, aut saltem levissime, coram admiracione  
fir, & quæ pura contemplatio nuncipiat,  
aut secundum alios madrefacta, admirationem li-  
vestimentem ignorat. Nam si ea aliquando ad eam  
concedit puritatem, ut vix ipsius intellectus ope-  
ratio precipitatur, quæ ratione contemplatio ea  
abstractione consolitus, ac à phantasmatibus  
longatus, admirationem sentiret aut scoperet.

Præterea ea, quia absuetus alicuius contemplationis  
g. adiui, ut experientia ipsa docet, quamvis in prin-  
cipio admirationis veritas inspecta non sim ex-  
pertes, illa tamen novitatem transmittat, transfit enim  
non raro admirationis effectus. Denum in de-  
ceptione contemplationis non inconfitit ad datur,  
prompta, perspicax, & clara cognitio adest intellectu,  
sive sapientia dimans; ut contemplationem ac-  
quiuiam excluderemus, que præterquam ab habitu  
prædictorum donorum non dimittit, non ita  
prompte, perspicaciter, aur clara ad divinorum  
intuitionem assurgit. Nam illa meditatione pi-  
missa, quasi quibusdam discursibus, ac spectatu-  
bus gressibus ad veritatis aspectum non sine labo-  
re concidit: hæc vero quasi in actu oculi omnia  
creata trascendens, supra Divinitatis montem a  
DEO ipso rapitur. Deinde si aliquando in con-  
templatione acquisitione ex habitu cōparato promi-  
pta ac facilis elevatio ad æternam contingat, seduc  
non ita prompte, ut cum supernaturali elevatione  
possit comparari; ac præterea illa in æternis diu-  
nitatibus figuratur, nec quæ divina sunt, ex plenitudine ac emi-  
nentia intueri aut degustari, quæ hæc super-  
naturalis est contemplatio leteti præstare. Denum  
in illa homo proprio affectu labore, ac propriis  
pedibus gradiens divina arcana perlustrans, a cœli  
illam contemplationis mysticam rediuit in su-  
pernaturali vero qualitas quibusdam contemplationis  
sursum velocissime a Spiritu divino ad ea  
qua DEI sunt intuenda elevatur: plenus vero se-  
quenti Cap. inter has duas contemplationes dicti-  
minis rationes alias prosequemur.

Illi etiam obliterare non prætermittamus, in  
hac tractatione indiscriminata cōemplatio-  
ne supernaturali, prout à dono intellectus, sive sa-  
pientiae procedit, à nobis sote differentem. Nam  
quamvis, si speculativa, sive metaphysica, ut dici  
solet, loquamur, doni intellectus operario à sa-  
pientiae operatione differat, raro tamen doni intel-  
lectus intuiris sine aliquo sapore ac delectatione  
invenitur: ad membram enim divinæ & supernatu-  
ralis cognitionis regulariter affectuola ac sapo-  
rosa consequitur prægustatio.

Præterea cum contemplatio supernaturalis  
dupliciter etiam contingat altera, que DEUM  
per viam positionis altera, que per viam negatio-  
nis divinam ingrediente caliginem contemplatur  
(de quibus latius infra differemus) tam huius,  
quam illi præscripta definitio congruit.

Hæc denique contemplationis definitio com-  
monis est omnibus supernaturalis contemplatio-  
nis gradibus, infimis, mediis, & supremis,  
nempe incipientibus, proficiensibus, & perfec-  
tis; seu purgativa, illuminativa, & unitiva  
gradibus; quare aliis convenientior, universalior,  
& clarior nobis visu est.

CA-

## CAPUT V.

Discrimen inter infusam & acqui-  
sitam Contemplationem.

**A**CQVISITA & infusa contemplatio non in materia, quia eadem est; utriusque enim DEUS ipse, & omnia, quia ad eum perfectorem cognitionem ordinantur: non in causa, nec effectibus; utraque enim a Deo amo & promanans, tamquam causa ad ipsum perfectius amandum, quasi anteo circulo facta revertitur, differunt: sed potius in modo operandi sive tendendi in DEUM: quia infusa sapientia, vel intellectus dono magis expedit, promptius, & suavius procedit; quam illa, quia ab habitu Fidei, vel ab alia virtute morali, seu Theologica dimitur. Inf. saepe contemplatio, tam in modo cognoscendi & penetrandi divina, quam in effectibus lucis, amoris, & suavitatis plenior & eminentior est acquisita.

Docent id Pates, quamvis non ita explesa, sub nominibus acquisita & infusa contemplationis. Hugo Victorinus Honil. i. in Ecclesiastem, egegi meditationis acquisita & infusa dilectionis ignis comparatione declaravit, dicentes: Contemplationis autem duo sunt genera: unum quod prius est, & incipientium, in creaturarum consideratione; alterum quod posterius & perfectior est, in comparatione Creatori. In Proverbio Salomonis

Duplex contem-  
plationis genus.  
aliquando si con-  
siderat, non  
clarerat de diversis  
modis contemplationis  
in ceteris diversis  
enim non erat  
enim de se  
hac que spe-  
ciale est. Deni-  
ore, ac propria  
perlostrans, si  
ingrediorum.  
lum contempla-  
tione divino ad  
plenum retro-  
spicitur, et  
ermitam, a  
et cōmpati-  
elegit, inca-  
videndum. Ne  
tum, ut  
potius a  
dōni incul-  
deleducere  
de & supem-  
tuola a capo.

supernaturalis  
que DEUM  
am negatio  
contempla-  
s) canit,  
it.  
inizio con-  
templatio-  
tupiem,  
, & per-  
& uniu-  
verfator,

medullitus roto animis affectu intraverit; tunc in ipsum dulcedinem quasi totum ignitum, & in ignem amoris conversione, ab omnī strepitu & perturbatione pacatissimum requiescit. Primum ergo, quia inter pericula tentacionum consilium queritur, quod si in meditatione sumus cum flamma est. Secundū, quia mentis puritas ad contemplationem veritatis diffunditur, quasi in principio contemplationis flamma sine fumo est. Tertiū, quia iam inventa veritate & perfecta charitate, nihil ultra id quod unicūm est queritur, in solo amoris igne summa tranquillitate & felicitate suavitatis repausatur. Tunc corde roto in ignem amoris converso, vere DEVS omnia in omnibus esse sentitur, cum tam intima dilectione suscipitur, ut prae illis etiam de semetipso cordi nihil relinquitur.

Vt igitur tria hec propriis vocibus distinguamus; prima est meditatio, secunda speculatio, tertia contemplatio. In meditatione mentem pia devotione succensam, perturbatio passionum caridinis importune exurgens obnubilit. In speculazione novitas insolite visionis in admirationem sublevat. In contemplatione mira dulcedinis gustus totam in gaudium & suavitatem commutat. Igitur in meditatione est sollicitudo, in speculazione admiratio, in contemplatione dulcedo. Hæc Hugo, q. in nomine speculacionis acquisiti intelligit contemplationem.

Sicutas Bonaventura fecerit: Richardus de septem itiner. iter. I. distinc. 3. Quatuor contemplatio & speculatio pro invicem soleant pontes, & in hoc sepe Scriptura sententia proprietatem obnubilant & involvant, apertius tanquam expressum speculacionem dicimus, quando per speculum cernimus; contemplationem vero, quando veritatem sine aliquo involvendo umbrarum, vel aquine in sui pureitate videmus. Ex quo apparet, quod contemplatio in speculationem sapientie clarorem spectum habet quam speculatio, & gustum sapientem. Vnde Richardus ibidem, exponens illud, Mones exulta verum: ut arietes, & colles nuc agni ovium, dicit: Colles ad agrovorum similitudinem exultant, quando immensa illa intime solemnitas tripludia eos usq. supra semetipsos levat, ut et celosum secretorum arcana saltet per speculum in agnitate videre valant. Montes vero quasi ad instar arietum exultant, quando majores in jucunditate sue excessibus in pura & in simplici veritate vident, & minores, ut iam dictum est, vix per speculum in angustis videre valent. hæc ille.

Expediit etiam scire, quid Linconiensis Commentator Dionysius loquens de speculo spiritualiibus super 3 Angelorum hierarch. dicit, quod specula spiritualia pura, clara & plena, spiritualiter primi recipienti radios solares sibi incidentes immediate a fonte luminis; & tale dicitur lumen contemplationis, contemplatum tamen in oculo contemplanti, ut infra patet: & secundario lumine receptum specula restundunt in eos qui luminis sunt capaces, non tamen secundum claritatem illam, qua ipsi recipienti, sed secundum cuiuscumque recipientem, & hoc dicitur lumen speculacionis: quia mediante speculo spirituali recipiunt, vel per scripturam, vel doctrinam, vel per exempla ab illuminata speculi procedenti, quemadmodum speculum materiale primo a lucido suscepit radios sibi incidentes, quos reflectit in oculos sufficientius, quos oculus tanquam fibram mediante speculo proportionatos recipit, quos tamen in fonte luminis proper nimam resurgentiam oculus debilis immediate videre non potuit, ut pater ad sensum nec lumen speculare ita efficiat, & representat lucidum oculi videntis, sicut lumen immediate receptione a lucido, ut pater in Perspectiva, & in Epistola Iacobi ubi dicitur, quod considerans vultum suum in speculo, statim oblitus est, &c.

In quib⁹ Ecce dissimilis apertum inter acquisitionem & conve-  
nientiam contemplationem, quod hæc divinum illud  
ant, & in minis radios à fonte luminis immediatè ferè ac-  
quisit⁹ cipiat, ac proinde clariorem aspectum habeat, &  
differat g̃stam lapidarem quam acquisitione contempla-  
tionis, quæ speculatio potius dicitur; quia lumen  
acquisitionis non immediatè ab ipso DEO, sed  
conveniens quasi per speculum, nempe per scripturam, vel do-  
cumentum, sicut sp̃eculum materiale; & ita verita-  
tem non æquæ puram ac limpidadam, sed potius ob-  
nubilatam intueretur.

Demum, licet ista contemplationum genera  
in his, alijque multis maximè differant, conveni-  
unt tamen in materia sive objecto, & in alijs pro-  
prietatibus & effectibus; distant tamen quāplū  
ritum, quia insula contemplatio maiore in lucis,  
amoris, levitatisq; se divina plenitudinem pte-  
fert, ac ad DEUM ipsum perfectius perspicaci-  
usq; se intuendum promptior affurgit.

## CAP V T VI.

*De subiecto, causa, objecto, ac sine Contempla-  
tionis infusa.*

**C**ONTEMPLATIONEM, ut ab ejus sub-  
iecto incipiām, in intellectu potius quam in  
voluntate confidere, peritissimum Doctorum  
seneca tenet idque non obscure ex dictis super-  
iori Cap. conjectur. Nam si contemplatio, q; iam  
super naturam vocamus, aeternis dominante  
etis vel sapientie, que dona intellectu luce su-  
pernaturali illustri, ac mirific ornant; conse-  
quentis est, ut etiam contemplatio ad intellectum  
vere pertineat, ac in eo am quam in connaturali  
centro sustentetur. Cum enim sit spiritualis qua-  
dam visio sive intuitio, qua divina intuemur & et-  
ernas necessariæ ad animæ oculos, quorum est  
veritas in inspicere, pertinere debet.

In tamen contemplationem in intellectu do-  
cemos confidere, ut eam in voluntatem, si vera &  
super naturam sit, infligere necesse sit, ut laetus  
Cap. 1. & 2. cap. primus annona e. Et enim con-  
templatio, ut recte adserit sanctus Thomas 2. 2.  
guesl. 180. art. 1. charitatis velut filia, nascitur  
eum ex charitate & DEI amore, q; iate ea sicut  
habet, sive originem in voluntate, amorem in qua  
Dei, q; ipse impellit ad figendos os s; in de-  
betum desiderando videre & contemplari, que tam  
ardenter diligimus. Statim verò eum cum amo-  
re & admiratione concipimus, immensa ejus bo-  
nitate & pulchritudine affecti, iterum ad adesti-  
torem amorem impetransq; denud succens,   
auger magis ipsius DEI cogitatio ac contempla-  
tio, sive visio magis clara eicit. Unde est mirabilis in  
contemplatione circulus: nam voluntatis amor  
contemplationem patit, contemplatio novum  
gignit amorem, qui iteum cognitionem prece-  
denter, ac in ipsam efficiens reddit clatiorem,  
ac iteum atque iterum cognitionem & amor invicem  
juvatur. Merito igitur à contemplationis purita-  
te in infinitum datur, qui contentus diuinitatum  
specula riva intuitione (ut mos erat antiquis Phi-  
losophis) ad amorem DEI aholique voluntatis af-  
fectus contemplatione ipsa non excitat. Nec eni-  
m contemplatio nuda veritatis visio dicenda est,  
sed affectuosa, & quam ardens DEI amor gignit.  
Sicut ipsis ex dilectione sponsa ardenter cupit  
ejus pulchritudinem contemplari, & dam atten-  
tus laetisq; eam inuenit, magis ac magis e-  
judicet pulchritudinis amore vulneratur: & ita  
in ueste ex amore, ac amor ex sponsi intuitione  
mitabilius augeatur, libique invicem sunt causæ,

amor contemplationis, & contemplatio amoris.

Contemplationis subiectum breviter ostendi-  
mus; jam ejus causam agentem, ex qua illa proce-  
dit, explicemus, de qua te precedenti Cap. differui-  
mus, ubi à Spiritu sancto, medio dono intellectus,  
vel sapientia, tamquam ab uberrimo some con-  
templationis gratiam modo quodam celesti c  
divino promanare docimus. Sunt enim dī do-  
na, sapientia inquam & intellectus, præcipua-  
mina, quibus nostra mens à Spiritu sancto illata,  
divina penetrai mysteria, & res maximè subli-  
mes modo quodam jucundissimo ac suavissimo  
ex unione, quam sapientia haber cum Spiritu di-  
vino, à quo procedit, degustat: est enim non lo-  
lum intuitiva ac limpida, divinum cognitio,  
sed & eorum lapidissima atque jucundissima  
contemplatio. Quare cum Spiritus sanctus, me-  
ditis his duobus luminaribus in calorem animi spe-  
ctorum infusis, illis occultissima a tanta que sub  
Fidei cortice latet, manifeste facit, cum volup-  
tate maxima prælibanda concedat, memò incli-  
lectus seu sapientia dono, leuipotius Spiritus san-  
ctus tamq; amētifici principio adverbenda est.

Præterea causa proxima contemplationis res  
potissimum numerantur à Dionysio Carthusiano  
in Tract. de contemp. nempe fervidus amor DEI,  
abstactio menis ab omni operatione circa crea-  
ta, conatus mentis ad extentionem ac detrac-  
tionem suam in DEO: & quanto perfectiores ha-  
cause fuerint ac fortiores, tanto contemplatio  
eamque consequens alienatio, leta raptus accedit  
est, erunt diuturniores, quod tamen potissimum pen-  
det à divina largita: ex quod enim directus mentem  
in superna ura elevo, tunc conservaverunt, & plu-  
ne diuini suspenſia permanebit. Et quoniam Ber-  
nardus dicit, morulam esse brevem, id intelligentiam  
est respectivæ ad imbecillitatem humanae  
mentis, & ad id quod frequenter evenire solet,  
non autem respectivæ ad divinam elemosiam,  
qua aliquando desinet. Sanctos in rupi longo  
temporis spatio. Hec ille.

Conemplationis præterea objectum est Di-  
vina summa, sive omnium ejus effectuum, super  
naturalis ac divinus intuitus. Est enim latitudine objec-  
tivi divinae contemplationis materia, q; se propero ejus  
immensitudinem nullis ab his limitibus conuincit pos-  
est quām his, nempe, Deus ipse in seipso, ac multi-  
plex ejus perfectio, ut bonitas, sapientia, imme-  
nitas, &c. &c. ac creatura omnes, que ab ipso emanarunt: q; omnia non incongrue Iohannes Cal-  
vinus Collat. 1. cap. 15. breviter sequentibus verbis  
comprehendit: Contemplatio vero Dei, ut ille ma-  
tisarie concipitur: Nam DEVIS non sola incompre-  
hensibilis illius substantia sua, admiratione cognoscitur,  
quod tamen adhuc in sp̃e promissionis absconditur; q;  
sed etiam creaturarum suarum magnitudine, re-  
quisitus sua consideratione, vel quotidiana dispensa-  
tionis auxilio pervidetur: quando scilicet que cum  
Sancto suis per singulas generationes erit, more  
purissima perlungat, amissum potentiam ipsius, quæ  
universa gubernat, moderatur ac regit, cum immen-  
situdinem scientie ejus, & ocularum, quem secreta cordium  
latere non possint, trementi corde miratur; cum ar-  
nam mari, undaramq; numerum dimensiones & cogi-  
tumq; pavidis cogitamus: cum pluriarum gutta, cui  
secularum horas ac dies, cum praeterita futura, in-  
versa obstupefientes scientie ejus, abscondere contempla-  
mus; q; in effigie clementiam e, & consideramus,  
que innumeræ flagitia, que singulis quibusq; mo-  
mentis sub ipsis committuntur affecta, inde-  
cessa longannitate sustentat; cum inueniam  
vocationem, que nos nullis praecedentia

meritis gratia sic miserationis afferit; cum denique  
quod actiones salutis tribuit adoptandis, cum quo-  
dam admirationis intuens excedit; quod ita no-  
nasci praecepit, ut ab ipsis incanabilius grata nobis Le-  
gissima sue notitia traduceretur, quod ipse adversarium  
vincens in nobis pro solo bona voluntatis affectu, exer-  
cet ait crudine de perpetua nos premis maneret; et  
postrem dispensationem sua incarnationis pro nostra  
salute suscepit, ac mirabilia mysteriorum suorum in  
cunctis gentibus dilatavit. Sunt autem dia quoque  
huiusmodi contemplationes innúmera, que pro qua-  
litate vite ac puritate cordis in nostris sensibus oriun-  
tur, quibus Deus vel videtur mundis obtrubus, vel te-  
netur. Haec tenus Caßianus. Ac ut paucis amplius  
sum contemplationis materiam explicem, ea  
omnia quæ sub intellectus aut sapientia doni ob-  
jectis contineri queant, (de quibus plenius sequen-  
ti Libro differemus) ea inquam omnia con-  
templatio divina rimando penetrat, ac penetra mita  
cum dulcedine ac suavitate degustat.

**Contem-**  
plationis five scopus est unio arcana & felicissima cum DEO  
scopusest per amorem fructuum: concedit enim DEUS do-  
arcana num hoc contemplationis animabus sanctis, ut  
cum Deo eas ad perfectam per amorem unionem ac trans-  
formationem in ipsum DEUM perducat: et enim  
hac unio, (ut infra de unitate via uberioris disti-  
mamus) huius vita beatitudine, si quæ contingere  
potest in hac mortali peregrinatione. Est vero  
contemplatio, quæ mira modo Dei amorem ex-  
citat, & desiderium intimæ unionis ac transfor-  
mationis in ipsum dilectum inflammat.

Est præterea contemplatio ultimus & alius pers-  
ector gradus, huic felicissimæ unioni immediata,  
ac in quo Spiritus sanctus justorum animas  
mira quadam luce, medio sapientie dono, in ciùs  
illuminat, ardentissimo inflammat amore, ac de-  
num jucundissima exultatione in DEUM extra se  
positas, & a seipso alienas transformat.

## CAPUT VII.

### Supernaturalis Contemplationis proprietas et effectus.

**S**ANCTVS Gregorius super Ezechiel. *Homil.*  
14. divina contemplationis proprietates brevi  
oratione complexus est, dicens: *Vita contemplati-  
va amabilis valde dulcedo est, quæ super semetipsam  
animam rapi, celestis aperit, spiritalia mentis ocu-  
lus patet, hæc ille: quibus præstantes con-  
templationis supernaturalis proprietates præclaræ  
dedit.*

**Conclu-**  
sionem igitur prima est, quæ per semetipsam a-  
lend. Jo. nimam rapi, ut significet, non quamcumque ele-  
gan. à M. vationem mentis in DEUM contemplationem  
supernaturalem esse, sed illam tanum, in qua ani-  
ca. 3. & 4. ma illustra ionibus donorum Spiritus sancti pra-  
Theolog. tacta, non humano, sed divino potius modo rapi-  
mystica, ut ad divinas rapiatur, inquit, non raptu illo vi-  
o. Tracta. lento & ecclastico, quo extra omnes sensus possit  
raptu. Scho. sursum ad DEUM magna animi perspicacitate,  
la. ora. suspensione, & stupore intundimur ab hac regione  
ration. & in aliam, quæ lucis est, transferri: nam quainvis  
supralat. hoc aliquando in supernaturali contemplatione  
dati An. contingat, ratò tameh, defacta quæ mentibus id  
ton. à Spi. s'fer. contingere, loquitur igitur de raptu sive e-  
ritu S. & levatione, in eo sensu, quo locutus est D. Grego-  
Philipp. à tuis, nempe quando anima non per seipsum, suam.  
SS. Tii. ve industria & labore ad divina elevatur, sed  
nitare, hic de elevatione, qua divina patiens, ut loquitur  
Tract. 3. S. Dionysius, media Spiritus sancti motione ad

eternorum contemplationem suavissime trahi.  
lib. citati  
tur, ita ut elevatio illa non tam activa quam passiva,  
Disc. 1.  
non tamen excludens arbitrii nostræ libertatem, art. 3. ille  
tem, omnino videatur.

Hanc ergo mentis elevationem suspensio con-  
sequitur, quæ nihil aliud est, quam quedam à re-  
bus terrenis ad DEUM, & qua DEI sunt quasi  
violenta elevatio. De hac suspensione locutus est

Iob cap. 7. dicens: *Suspendum elegit anima mea,  
& mortem omnia offsa mea. quasi apertius dicat:*

*Optavi mortem omnium inordinatarum effecti-  
onum, ac animi passionum; & earum omnium  
oblitus, ac si etsi mortuus, elegi suspensionem à  
rebus quibuscumque creatis, ut animus sic eleva-  
tus divina commodi possit inueniri. Uode Gre-  
gorius 8. Moral. cap. 13. exponens quid sit illud  
suspendum, inquit: *Quid per animam, nisi men-  
tis intentio; quid per os, nisi carnis fortitudo designa-  
tur? Omne autem quod suspenditur, procul dubio ab  
inu. elevatur. Animus ergo suspendum eligit ut off-  
eriantur; quia dum mentis intentio ad altare sub-  
levat, omnem in se fortitudinem vite exterioris necat.* Hæc suspensione, quamvis alijs dulcissima videatur,  
non incongrue violenta dici potest, non absoluè,  
sed inspesto homine post peccatum laplo, cui ve-  
luti connaturale est, rebus visibilibus ac terrenis  
tenacissime adhædere.*

Deinde hac contemplatio (qua mens ad DE-  
UM rapta, ac ab humanis recedens, ac omnium  
oblitia, divinitusque in alrum suspensa) divina aperi-  
rit, quæ ille Spiritus ejusdem excitator magnificus,  
januas cœli aperit, magnitudinem multitudinem  
que divitiarum sapientiae & scientiae DEI ostendit, ad eum modum quo ostendit D. Joanni  
*Apocalyp. 4. quod repente ostium illi fuit aper-  
tum in cœlo, & vox quadam tamquam tuba ipsi  
dixerit: Ascende huc, & ostendam tibi que oportet fieri post haec. Qui dum patet vocanti, statim ait:  
Eui in spiritu, eo inquam ingressus. Hac igitur  
ratione in supernaturali & infusa contemplatione  
Deus aperit cœlum mentibus contemplativis, ac  
ingressis illis profundissima tua gloria arcana re-  
velat.*

Vnde aperire cœlum, divina penetrare, est pro-  
prius effectus doni intellectus: est enim veluti clavis aurea, quæ corticem sensibilium aperiens, ihe-  
sauros & divitias DEI omnotentis intus latentes  
manifestat, ac usque ad ipsum DEUM purè ac  
nudè conspiciendum pertinet.

Contemplationem denum delectatio sepi-  
mè consequitur: nam cum contemplatio super-  
naturalis sepiissime, & ut imploratum à sapientia  
dominum promonet, quæ miram dulcedinem causat,  
necessè est ut voluntas maxima ex contemplatione  
procedat. Quare meritò S. Gregorius *Homil.*  
14. in Ezechiel. ut suprà, contemplationem non  
tam delectabilem, quam ipsam delectationem ac  
dulcedinem vocat: nam inquit: *Contemplativa vi-  
ta amabilis valde dulcedo est. Sed quia de junc-  
ditate ac dulcedine plura diximus superius, in his  
amplius non immorabitur.*

Effectus vero supernaturalis contemplationis  
principi sunt, admiratio, delectatio, mentis nova  
illustratio, ardentissima, ecclastica & anagogica di-  
lectio, id est sursum ducens ac rapiens ad divina.  
Aliquando etiam provenit ex contemplatione in-  
estimabilis quedam jucunditas, quæ jubilatio di-  
citur. Ad omnes virtutum functiones mira animi  
agilitas ac promptitudo, ac denum omnes effe-  
ctus, quos alibi orationi supernaturali adscripti,  
contemplationi, quæ practica orationis supra-  
naturalis portio cœletur, erunt meritò adscribendi.

CA.

Principi  
divinae  
contem-  
Plat. effe-  
ctus.

## C A P V T . VIII.

*De medius perveniendi ad Contemplationem supernaturalem.*

**C**ONTEMPLATIO supernaturalis & in fusa donum DEI est, & peculiaris gratia, quæ neque industria nostrâ, neque labore comparari potest. Non enim potuisse Moyses ad montem ascendere, neque ingredi caliginem, ubi vidit & contemplatus est DEUM, nisi Dominus prius eum vocasset. *Vocavit enim, ut dicitur Exodi 24.* Moyses Dominus de medio caliginis die septimo. Idem quoque Dominus vocavit & invitavit sponsam, dicens: *Surge amica mea, speciosa mea, columbam meam, & veni: columba mea in foraminibus petrae:* Cantic. 2. Quibus aperiatur significatur, DEI esse inspirare, & contemplationis alas ei conferre, qui sit ingrediens in vivam petram, Christum videlicet Dominum, ejusque mysteria contemplaturus. Quod si nemo ad presentiam Regis: Absuet non vocatus admittitur, quanto minus licet nobis ad conspectum cœlestis Regis intrare, ejusque divinam faciem intueri, familiariterque cum eo conversari, nisi ipsi & Regis gloriae vocatioe invitetur, ut pulchritudo Richardus de preparata, ad contemplat. cap. 76. *O quam rari sunt, vel quia nolunt, vel qui a nequeunt, qui bucusque ascendunt.* Rarum valde in hunc montem ascendere: sed multo rarius in eius vertice stare, & ibi morari facere; rarissimum autem ibi habitare, & mente requiescere. Quis, inquit, ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Prūs ascendere est, postea stare. Instante quidem labor, sed in ascendendo major. Multi quidem in ipsa ascensione desecrant propter nimium laborem ascendendi: multi ab arduo eius vertice ocyus descenderunt propter laborem stans. Hoc fortasse eis intolerabile videbatur, quoniam non solum in hunc montem, nisi per magnum laborem non ascenditur, verum etiam sine magna difficultate ibi immorari non datur. Sed forte jam ascendisti, iam ibi stare didicisti: nec hoc sufficiat tibi. *Disce ibi habitare, & mansioem facere, & qualicumque mentis evagatione abstractus illuc semper redire.* Abisque dubio per multum aenum quandoque vertetur tibi in obiectamentum, in tantum, ut absque illa laboris difficultate possum ibi absidus esse: quinquaginta penas portuere, ibi sit alibi quam ibi morari aliquam facere. Mira jucunditas: in hoc monte sine labore morari posse, peretro atque ante, quam antea & tan solita suavitate aleactus, exclaruat: *Bonum est nos hic esse.* O felicem, qui poruit in hunc montem ascendere, & mente requiescere! *o quam magnum! o quam rara!* Domine quis habitat in tabernaculo tuo, aut quis requiescit in monte sancto tuo? Et quidem magnum est, ascendere posse, & stare; magis tanquam est, posse inhabitare, posse requiescere. Ascendere & stare est virtus, inhabitare & requiescere est felicitas.

Idem infra sequentur cap. Videamus, inquit quodd non nisi veritas in hunc montem ducit & adducit? ipsa ducit, ipsa est qua perducit: liberetur sequor veritatem, non habeo suspicium talem ducem. Sed quid est veritas? Quid tu dicas Doctor bone, Doctor Christe? Quid est veritas? Ego sum, inquit, via, veritas, & vita. Et infra: *Via ardua, via secreta & multis incognitis, que ducit ad montem huius saeculi.*

Felix quidem anima, qua sicut alter Moyses die septimo, sex integris diebus in medio caliginis hærens, post multam laborum exercitationem, auctimi defoliationes, ac ingentia sulpiria, ad montis verticem, id est ad jucundissimam contemplationem, jucundissimamque cum DEO unionem invitatur. Felix servus Hebreus, qui sex annis ser-

viens, septimo liber evadit, id est, Felix anima, quæ post longum tempus, moram in actione consumpta, ad contemplationis quietem tandem pervenit.

Invitantur tamen omnes ad contemplationis dulcedinem, Isaia 56. *Omnes facientes venient ad aquas.* Neque ea ratione invitatur, ut uno, ut in dicam, traxi ad fontem viventium aquarum pervenire debeant, inquit potius ut gradatim sensimque nostro labore, exercitatione, & praepreparationibus aliisque ex eius civilius perveniantur. Opus igitur est magna longanimitate, magna & constante perseverantia ad forces divinas sapientis polare, quoque ad sublimem ipsius contemplationem, & felicissimam unionem ingrediatur.

Richardus cap. 79. ut superi, ad ira possimus Tibi media reducere ea, quæ juvare possunt ad grauam præcontemplationis comparandam, nempe studium imponeris, studium meditationis, studium orationis, diligenter inquiri, paulatim promovere, & quandoque tempore perducimus ad perfectionem cognitionis. & infra addidit: *Absque dubio sine intenti exercitia, sine frequenti studio sine ardenti desiderio ad perfectam scientiam altitudinem mens non sublevatur.* Hac ille. Ac tamen proprieitate reque dicit: *Be narratus in Scala clausi, raram, aut etiam prodigiosam esse contemplationem, quam orationis exercitia non procedunt.* Per orationis verò exercitia, lectionem, meditationem, aliudam sibi ipsius abnegationem verè in eligit, ut ex pluribus eisdem Bernardi nos facile constat. Serm. 3. de circumcisione, *Iam vero, inquit, cùm in his fuerit diutius exercitus, roga dari rati de votiois lumen, diem serenissimam, & sabbatum metatis, in quo tamquam emeritus miles, in laboribus universis vivas absque labore.* dilato nimirum corde carrens viam mandatorum Dei: *ut quod præsum amaritudine & coactione tui spiritus faciebas, decerto jam cum summa dulcedine per agas & delitacione.* Hanc, nisi fallor, gratiam petebat qui ait: *Remitte mihi ut refrigerere.* ac si dicas: *Quoniam labore & dolore isto crucior, & morte efficior tota die?* Remitte mihi ut refrigerere.

Idem alio loco de sponsa & adolescentiis loquens ait: *Illuc ergo pariter currunt. Qui spiritu serventes anima. Currit sponsa, curerunt adolescentula; sed quæ amat ardenter, velocius & cito pervenit. Pervenient non dico repulsionem, sed nec cunctationem partur. Sine mora aperitur ei, tamquam domesticæ, tamquam charitatis, tamquam specialiter dilecta, & singulariter grata. Adolescentula autem quid? Sequuntur à longe: neque enim cum adhuc infirma sint, pari possunt devozione cum sponsa currere, nec ipsius omnino imitari desideriam & servorem, ideoq; tardius pervenientes fortemantur.*

Et rursum alio loco: *Nec tamen vel intrusus præfatio erit sic omni anime, nisi illi datur atque, quam ingerens devozione, & desiderium vehemens, & prædilectus affectus sponsam probat, & dignam ad quam grata visitandi accessum Verbum decorum induat, formam sponsi accipiens.* hæc ille.

Cassianus Collat. 14. cap. 2. & 3. duo positissimum prærequisitum, nempe ut intenti studio in actuali vita nos exerceamus, cuius virtus activa perfeccio & in expugnatione vitiorum, & virtutum acquisitione constituit. *Quisquis enim, inquit, ad theoricas voluerit pervenire, necesse est ut omni studio atque virtute actualem primam scientiam consequatur.* Nam hac quidem absque theoretice possideri potest; theorice vero sive actual omnime apprendi non potest. *Gradus enim quidam ita sunt ordinati atque distincti, ut his humilitas humana possit ad sublimem condiscere: qui si invicem sibi ea qua diximus*

Quodnam  
dostiam  
minus i-  
donei  
pro me-  
diante  
ne, ut  
contem-  
platione  
acqui-  
ta, felis  
dispono  
te vale  
ant pe  
contem-  
plari, lu  
pernatu  
tali?

ratione succedant, potest ad altitudinem perveniri, ad quam subtili<sup>o</sup> primo gradu non poterit transvalari. Frustra igitur ad conspectum Dei tendit, qui virtutum contagia non declinat: Spiritus namque Dei effugiet sicutum, nec habebit in corpore subditio peccati. Est enim contemplatio praemium actionis; quare non temper eam querentibus aut procurantibus datur, quia ad eam aspirant aliqui non planè dominis terrenis affectibus, nec in virtutibus exercitati. Enforte apparet ipse, ait S. Bernardus Serm. 46. in Cantica, contemplatio quietem, & beneficium; tantum ne obliscaris flores, quibus lectulam sponsa legis affersum. Ergo cura & tuuum similiter circumdare bonorum floribus operum, virtutum exercitio, tamquam flore fructuum, sanctum orium prævenire: & alioquin delicato sati otio dormiturales res, si non exercitatis quiescere apperas, & Lie facunditate neglecta, soli cupias Rachelis amplectibus obliterari. sed & preposterus ordo est, ante meritum exigere premium, & ante laborem sumere cibum, cum dicat Apostolus: Qui non laborat, non manducet. Amandatus tuis intellexi, inquit ut scias, nisi obedientie & mandatorum, contemplationis gustum penitus non deberis, haec tenus Bernardus.

mare splendente ac radiante omnia mox clarescunt, venustatur, tranquillatur, & exilarantur in ea. Sicq; Creators sui maiestatem innensam, pulchritudinem infinitam, sapientiam, omnipotentiam, atque beatitudinem, perfectionem, & eminentiam pro sua interminabilem incipit intueri. ac vehementissime admirari, iucundè conspicere, seruent diligere, eq; intime congaudere, & mea ad horam quiescere. Hec illle. Diximus haec tenus de his, que maximè ad gratiam contemplationis obincidentam juvare possunt: nunc opere preueni erit de his quæ impediunt disserere. Sed in ea re non opac erit multum immorari: nam cognitis præcipuis mediis, aperiendis impedimenta ab unoquoque dignoicentur.

## C A P V T I X.

*Contemplationis gratia aliquando imperfe-  
ctis conceditur , aliquando perfe-  
ctis denegatur.*

Bernardus.  
Demum D. Gregorius egregie debitam ad contemplationis gratiam promerendam dispositionem descripsi lib. 6. Mor. d. cap. 25. dicens: Quis ergo iam in se concurrendi et carnis edomus, superest mentem per studia sancta operationes exercet: Et quisquis iam mentem per sancta opera dilatatur, superest ut hanc usque ad secret. a intima contemplationis extendat. hec ille.

Etrae igitur tyrones, quia actualis vita exercitii neglectis, ad contemplationis gratiam evolare contendunt. Qui, ut S. Gregorius lib. 6. Moral. cap. 26. docet, vellent Rachelemon ducere, cum non subierint Liza labore, id est, vitam contemplativam amplecti, cum non gustaverint activa vita labore & exercita. Vnde recte idem Gregorius cap. 27. addit: Si falkigim contemplationis ascendere desideras, prius te ipsum probabam plantie actionis. Juvat etiam non pacum acquisita contemplatio ad eam, quam insulam appellamus comparandam, & illam puto, si habitualis sit, potior em ac proximiorem esse dispositionem ad hanc gratiam divinam properandam.

Sed quia non omnes apti sunt , nempe meditationibus , neque contemplationi eriam acquisiti; non idèo , qui hujusmodi sunt , tanquam indigni at minus idonei à contemplationis supernaturalis gratia procuranda rejiciendi sunt : nam concinuis sèpè aspirationibus seu actibus anagogicis , qui cordis passionem munditiam , sapientiæ à DEO promerentur illuminari , ut breviter scripti CARTHUSIANUS de fonte lucis , cap. 9. in fine : Deinde , inquit , ab exterioribus abstrahat mentem suam . Et eam recolligat , eis dispersiones & evagationes abiiciendo : scilicet iuxta D. Dionysii documentum se convertat ad radium supernam illustrationem optando , & pro ea rorando , scilicet ad Dei considerationem aut contemplationem pro viribus elevando . Et tunc DEVIS sublimis , quis sapientia dux est , & princeps totius illuminationis , videns diligentiam hominum fidem , ac pium eius conatum , manum applicabit , ac porrigit adiutricem , mentem per donum sapientie illustrando , prout ISAIAS afferit : Requiem dabit tibi Dominus , & imploebit splendoribus animam tuam . Ipse enim est sol sapientia ac intelligentia , quo in ani-

**S**OLET autem Deus contemplationis gratiam  
siquando imperfectis & inexercit a libera-  
liter elargiti. Docent id patris Pates; D Be-  
nardus ad Fratres de Monte Des; D. Bonaventura  
de septem gradibus contemp;. Castrin. Coll. 4. cap. 5.  
Richardas in Cantica , cap. 8. D. Hugo Ius  
Homil. in Ezech. 17. & ali etiam quia amplius  
Pates in alta de tenibili gratia , de contempla-  
tione supernaturali , aliquid e donis sive obiecta-  
mentis , que a deo misericordia ei viam spiritua-  
lem ingredientibus conced solent tradiderunt , ut  
laici scriptum in Libro de via parvagaria superna-  
turali ; ubi etiam pericula , que propter horum  
donorum abutim incipientibus imminent ,  
pleniū insinuavimus . Nec ictolum s' iuribibus  
tyronibus , sed e iam mandanis aliquid ha-  
celestis contemplacionis gratia affigetur , ut ibi-  
dem etiam annotavimus .

Communiter vero hæc contemplationis gratia perfecti à DEO post multam exercitationem infunditur, licet non omnibus; neque enim perfectio Evangelica cum contemplationis dono inseparabiliter conjuncta est, j. si tua enim Chiristiana in perfecta DEI dilectione, que à contemplatione minimè penderit, sita est. Præcie nam omnes etiam perfecti ad contemplationem hanc vocantur à DEO, ( sunt enim donations & genitiae diversæ;) omnibus tamen spiritualibus athletis, qui à viais & passionibus purgantur, ac virtutibus condecorantur, fas est ad supernaturalem hanc contemplationis gradum aspirare, & quantum in se est conari, & an à DEO admittantur experientia comprobare. Gratias vero sive dona DEI, quæ Gratia data noncupantur, ut sunt Propheta, linguaatum genera, apparitiones imaginariae vel corporeæ, nec procurare nec desiderare licet; & esset enim hoc superbia conjectura notissima. Ad donum vero sapientie sive intellectus, à quibus radii divinae lucis profluentes universam animæ regionem illustrant, ac amoris ardentissimi igne accendunt, honestissimum est cum discretione conari, ac se omnino disponere, cum hujusmodi donum sit efficacissimum medium majoris perfectionis comparandæ.

Existimo tamen, scopum ad hanc altissimam  
con-

contemplationem perveniendi (id est, immediatam dispositionem ad hujusmodi gratiam) esse perfectam cordis puritatem, juxta illud Matth. 5. Beati mando corde, quoniam ipsi DEVM videbunt. Quare optimè Cassianus Collat. 1. cap. 7. fmet in eodem proposito, Omnia igitur, inquit, huius gratia (curitatis inquit cordis) gerenda appetenda sunt. Et infra cap. 8. docet, removendam esse omnem sollicititudinem, qua cordis turbat puritatem & tranquillitatem, & principali conatu dandam esse operam divinatum terrum contemplacioni; quod exemplo Martha & Marie inquit probare. Immò & D. Thom. 3. Contra Gentes cap. 137. virtutum omnia functiones & actus ordinari docet ad vitam contemplativam, removendo animi passiones, sive perturbationes, que cordis puritatem impediunt.

Ex his conjectere licet, contemplationis gratiam modò perfectam, modò incipientibus dari, & quod omnibus licet eam desiderare, ac per cordis puritatem inquirere & procurare. Quare D. Gregorius nullum existimat à contemplationis gratia, saltem desideranda, excludendum, dum Homil. 17. super Ezech. ita scripsit: Non enim contemplationis gratia summis datur, & minimum non datur; sed sepè hanc summi, sepè minimum, sèpè remoti, aliquando eam conjugati percipiunt. Si ergo nullum est fidelium officium, à quo possit gratia contemplationis excludi, quisquis cor intus habet, illustrari etiam lumen contemplationis potest; quis intr' a portam undique per circuitum senefera oblique confundit, ut nemo ex hac gratia quasi de singularitate glorietur, nullum se dominum veritatum estimet habere privatum: quia in eo quod se habere pricipuum putat, sepè alter est dicit, qui habere apud se boni aliquid non putat. Haec tamen Gregorius.

Fareor tamen, non omnes esse idoneos, neca DEO ad hanc gratiam vocari. Hi autem saepe contenti vivant, ac DEI voluntati & beneplacito se humiliter conformant, ut optimè Blosius in Epistola quadam sub finem docet, his verbis: Non omnes ad hoc idonei sunt, ut se in illis pleniè exerceant. Quam, queso, absurdum foret, si cui Rex demandaverit officium stolidante mensa sua, & serviendi, in usus sepe impudenter mensa Regia ingereret a cederet? At qui non minus improbo facit, qui se totum otio contemplationis tradere vult, cum tamen ad illud singulariter à DEO non vocetur. In regno celesti omnes Beati mensa summi Regis absunt, omnes per amorem DEI perfectè uniti sunt, omnes suavitatem DEO requiescant, & torrente divinae voluptatis a siduè potantur: at hic non omnibus electus illud conceditur, sed nec expedit quidem, ut omnibus concedatur.

## C A P V T X.

*Contemplationem non posse esse diuturnam.*

**N**VLLVS sane fragili carne circumdatus potest ita esse divinæ contemplationi semper affixus, ut numquam non cogatur eam intermittere. Experti sunt hanc veritatem multi Ecclesiæ Patres, atque heroici viri, qui divina passi judicarunt se non posse diuinæ contemplationis actuali intuitu persistere. Cassianus Collat.

1. cap. 13. sic ait: Inherere quidem DEO iugiter & contemplationi ejus, quemadmodum dicit inseparabiliter copulari, impossibile est homini istius carnis fragilitate circumdata.

Idem Collat. 23. cap. 5. Quis enim unquam, quamvis precipius omnium iustorum atq[ue] Sanctorum, corpora huius vinculis illigatus, scimus hoc bonum, ita posidere potuisse credendum est, ut numquam à divina contemplatione discedens, ne parvoquidem tempore ab eo qui solus bonus est, terreni cogitationibus putetur abstractus? Quinnumquam ullam ratione, ullam indumenti, aliarumve carnalium rerum gessit curam, namquam de fratribus susceptione, de loci communione, de cellule strictione sollicitus, aut opere aliquam humanæ conceperis, adjunctorum, aut inopie sterilitate vexatus, ullam sententiam Dominice increpatiōne incurrit: Ne solliceti fratres vestre quid manducetis, negre corporis restra quid induamini? Denique ipsum illum Apolloniu[m] Paulum, qui omnium Sanctorum laborem, pectorum numerositate transcederat, nequam luci implere potuisse confidenter adstruimus, ipso in Actibus Apostolorum discipulus attingente: Ipsi scit, quoniam ad ea, que mihi opus erant, & h[oc] paucum sunt, ministraverunt magno iste: vel cum Thessalonicensibus scribens, in labore & fatigazione, nocte & die operatum se fuisse regnata. Quibus licet magna eidem meritorum stipendia patarentur, tamen mens eius, quamvis sancta stuge sublimis, non poterat non ab illa calefit: theoria intentione terreni operi aliquando diversi. Haec tamen Cassianus.

S. Gregorius Homil. 14. in Ezechiele: Annimæ, ait, ad contemplandum DEVM nititur relut in quodam certamine peccati; modò quasi eruperat, quia intelligendo & sentiendo in circumscripsi lumine aliquid degustat; modò succumbit, quia degustando iterum deficit. Idem similiter lib. 5. Moral. cap. 23. Nec enim, inquit, in suavitate contemplationis intima diu mens figurat, quia ad semetipsam immensam lucis reverbera revocatur. Cumq[ue] internam dulcedinem degusta, amore astuat, ire super semetipsam nititur, sed ad infirmitatem sue tenebras fracta relabitur, & magna virtute proficiens videt, quia videre non potest hoc quod ardenter diligit, nec tam ardenter diligeret, nisi aliquatenus videret. Non ergo ista, sed transit spiritus, quia supernam lucem nostra vobis contemplatio & in beatibus aperit, & maxime infirmis abscindit.

D. Augustinus lib. 7. Confess. cap. 17. Rapiet ab te decor tuo, moxque diripiabit te pondere meo, & ruerat in ista cum gemmis, & pondus hoc consuetudo carnali. Idem q[uod] o[ste]nuit Augustinus 10. Confess. cap. 40. Neque in his omnibus, inquit, que percurro consilens te, tunc tuum locum anima mea, nisi in te quidam colligant pars mea, nec à te quidquam recedat ex me. Et aliquando introrsus me in aedificia multum inusitatum introrsus ad nescio quā dulcedinem; quae si persiciatur in me, nescio quid erit, scio quid vita ista non erit. Sed recido in hec eranthis ponderibus, & resorbo, solitus & tenuis, & multum fleo, sed multum tenuis. Tantum consultudini farema degravat. Hic esse valeo, nec vidi; illic volo, nec valeo: miser utrobius.

Sanctus Bernardus lib. de amore Dei cap. 4. Hic est, ait, finis, hec est consummatio, hec est perfectio, hec est pax, hec est gaudium Domini, hec est gaudium in Spiritu sancto, hec est silentium in celo. Quanidam quippe sumus in hac vita, hec felt-

quidem DEO iugis  
admodum dura re-  
sponsa est diversis  
Quia enim unquam  
Iuram agi sentimus,  
summum bonum  
est, ut nungau-  
ns, ne parvus  
terram legamus  
unquam solere,  
caro domini terrena-  
trum suscipimus, &  
e fractione solimus,  
suscipimus alimento,  
illam sententiam de-  
: Ne filii ipsius  
nec corporis re-  
fusum illam apud  
um laborem. Pfo-  
at, neque quae ha-  
bituum, quae es-  
tante: Ipsi fini-  
erant, & ha-  
t manu: ne  
in latere & san-  
num se iuste rufa-  
trum pendebat  
unum sicut eque  
illa caligis tenui-  
do divedit. Hoc  
Ezechiel: b  
DEO' Mentiri  
modo quod in-  
tendendo in circa  
modo succedit.  
Idem timi-  
nam, inquit  
de diuersis fere  
lata reverbera-  
cedinem degre-  
san initur, sed  
abitur, & ne  
videre nec pos-  
in ardente iu-  
Non ergo ha-  
lucemus iusti-  
, & maximi-

felicissime paci silentio in celo id est in anima justi,  
qua fedes est sapientia, aliquando fruatur affectus: sed  
hora est dimidia, vel quasi dimidia; intentio vero de  
reliquis cogitationibus diem festum aget ibi perpe-  
tuum.

Egregie demum Richardus de preparat. ad con-  
templ. cap. 76. explicans illa verba Psalmistæ:  
Quis ascendet in montem Domini, aut quis habit in  
loco sancto eius? ita ait, ut supra jam annotavi-  
mus: Rarum valde in hunc montem ascendere, sed  
multiorum in eius vertice stet. Oribi moram facere;  
rarisimum autem ibi habitare. Et mente requi-  
escere.

Cur con-  
tempa-  
primit, propter corporis nostri fragilitatem. Quis  
tio in hac enim est, qui non aliquando interpelletur corpo-  
rita diu-  
ris ipsius provisione, vel cura, aut qui numquam  
turna est cogite de alia qualia functione sibi vel à Superio-  
ne neque-  
ribus injuncta, vel infigitane charitate suscepit, ut  
at, de visitaione infirmi, de opere manuum, de  
Choro, de studio, aut de alia re simili ab ipso ex-  
equenda? Præterea S. Thom. 2. 2. quæst. 180. art.  
8. ad 2. qui prædictæ eriam cum aliis Paribus ad-  
haret sententiæ, eam reddit rationem; quod nulla actio po est durate in summo: summum  
autem contemplationis est, ut uniformiter acem  
contemplationis, id est, simplicem animi in-  
tuitum abstractum & elevatum, quem Dio-  
nysius circularem motum appellat, conserve-  
mus.

Deinde, quia in contemplatione necesse est,  
quasi ecstasis pati, ac violentiam inferre no-  
bis ipsis, relinquendo omnes sensus, & om-  
nem etiam discutium, ac ab omnibus, que  
sensibilia & que connaturalia sunt homini, pro  
hoc statu abstrahui, & in simplici intuitu menus  
circa rem altissimam, & summè spiritualem oc-  
cupari. Qæ omnia non contingunt sine ma-  
gna violentia & corporis & sentium omnium,  
tam interiorum, quam exteriorum; & cum vere  
animus in contemplatione eleverit supra se ip-  
sum, ac omnibus aliis excidat, verè in hoc actu

quoddam genus ecstasis patitur, ideoque diffi-  
cillimum est in hujusmodi actione durare. Vnde  
non raro aliud contemplatione corpus summo-  
pere defatigatur, ac si pessime languet, ut experi-  
entia ipsa testatur. Quamvis tolent multi longo  
tempore non sine magna spiritu suavitatem in hoc  
genere contemplationis persistere.

At si contemplationem non pro illo simplici Quomo-  
atu, sed latissimè sumptuam consideremus, prout do con-  
alias mentis operationes, que vel illam præce-  
templa-  
dum, vel consequtuntur, quales sunt meditatio-  
tio possit  
nes piaæ, Scripturatum lechio, actus anagogici, ell. diu-  
gratiarum actiones, orationes, sive quavis aliis turna?

plus affectus, que quis DEUM sibi praesentem  
cernit; tunc contemplativa vita latissima diuturna el-  
la potest, secundum illud Davidicum: Provi-  
debam Dominum in conspectu meo semper. E. hoc  
est quod Christus Dominus in Evangelio docet  
Luca 18. Oportet semper orare, & namquam des-  
cere. & cap. 21. Vigilate utique omni tempore o-  
rantes. & 1. ad Thess. 1. Sine intermissione ora-  
te. Orare autem semper & sine intermissione in milione,  
nihil aliud est, quam mentem cum DEO per a-  
morem, vel desiderium affidare conjungere, ut  
senit D. Aug. St. nos Epist. 121. ad Prob. am. cap. 9.  
& in Psal. 37. in illa verba, Domine, ante omne  
desiderium meum, ubi sic ait: Ipsum desiderium tu-  
um, oratio tua est, & sit continuum desiderium, con-  
templativa oratio: non enim dicit frustra Apostolus,  
Sine intermissione orantes. Numquid sine intermis-  
sione genu flectimus, aut manus levamus? Orare hoc  
pacto sine intermissione, non possumus facere. Est  
alia interior oratio sine intermissione, oratio qua est  
desiderium. Si non vult intermittere orare, noli in-  
termittere desiderare: continuum desiderium tu-  
um, continua vox est. Tacebas, si amare desistas.  
Flagrantia charitatis clamor cordis est. Si semper  
manet charitas, semper clama. Si semper  
clamas, semper desideras. Hæc Augustinus.  
Hoc igitur modo etiam contemplatio orare est esse  
diuturna, quantum ad amorem & desiderium  
inhærendi Deo.

